

R. 3510

CAROLI A LINNÉ,

EQUITIS AURATI DE STELLA POLARI,

Archiatri Regii, Med. & Botan. Profess. Upsal. Acad. Paris.
Upsal. Holm. Petropol. Berolin. Imper. Londin. Angl.
Monsp. Tolos. Florent. Edimb. Bern. Soc.

S Y S T E M A

N A T U R Æ

PER REGNA TRIA NATURÆ,

Secundum Clases, Ordines, Genera, Species;
cum Characteribus, Differentiis, Synonymis,
Locis.

T O M U S P R I M U S.

EDITIO DECIMA TERTIA, AUCTA, REFORMATA.

C U R A

JO. FRID. GMELIN,

Philof. & Med. Doctor. hujus & Chem. in Georgia Augusta Prof.
P. O. Acad. Cæsar. Naturæ Curiosorum & Electoral. Moguntin.
Erfordensis, necnon Societ. Reg. Scient. Goettingensis, Physicæ
Tigurin. & Metallicæ Membri.

L U G D U N I,

Apud J. B. DELAMOLIERE.

1789.



36. RHINOCEROS. *Cornu solidum perenne conicum, nafo insidens, cum osse non cohærens.*

unicor- 1. R. cornu unico. *Gesn. quadr. p. 842. Albin. tab. muscul. nis.*
4. 8. Knorr delic. T. II. p. 110. t. K. X. Parsons philosoph. *Transact. Vol. XLII. n. 523. Edw. av. t. 221. f. 2.*

Habitat inter & prope tropicos in paludosis, jam Jobo memoratus, sed nomine REEM; in pugnis animalium apud Romanos celebratis vulgatus, per longum tamen temporis spatium in Europa invisus, donec seculo decimo sexto aliqua ejus exempla in Europam devenerint: Vicitat vepretibus, spinis, in cæno se volutans, parumper manfusca, mitis, nisi laceſſatur, irritatus cum fragore arbores proſternit; retro mingit & coit; unum modo pullum parit. Visus debilis, olfactus & auditus tanto præstantior.

Statura & magnitudine, pedibus brevioribus exceptis, non tamen sagacitate & docilitate ad elephantem, reliqua forma, moribus, voce grunniente proprius ad suem præser- tim æthiopicum accedit. Cutis dura, ut sagittæ, globuli sclopetarii, gladii iædus inde resiliant, nuda pilis, nisi cauda & auriculis: Suturæ f. rugæ transversales α) capitis postica. β) scapularis. γ) abdominalis ante femora. δ) femoralis trans femora. Caro crassa, spongiosa, vix edulis. Lingua mollis. Cornu basi crinitum, acutum, fibrosum, 3 aliquando pedum longitudinem attingens. Dentes primores adulto nulli, juniori remotissimi solitarii occursantes. Ungulæ tres. Cauda attenuata, pedibus brevior.

bicornis. 2. R. conubus duobus. *Syst. nat. Ed. X. p. 56. n. 2. Sparrmann act. Holm, 1778. trim. 4. n. 5.*

Habitat in Africa, ossibus ejus, teste nuperius Pallas, frequentissime in Russia, boreali quoque sepultis; jam Pausaniæ & Martiali dictus, in numo Domitian obvius, a Cosmo sexto seculo memoratus, vix differre videtur spe- cie, neque tamen modo sexu aut ætate.

Caro ad suillam, viscera ad equina accedunt. Cystis fellea nulla. Dentes primores nulli. Cornu alterum supra pri- mum versus frontem.

Rarior est rhinoceros tricornis, tertio tum cornu ex alterutra priorum excrescente.